

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Michael Cobabus ... Ad
Exequias quas ... Charitati Cregeliae, Uxori desideratissimae Viduus
Moestissimus ... Dn. Augustus Varenius, Th. Doct. & Prof. huius Academiae
celeberrimus paratas cupid, Omnes Academiae Cives ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, [1672]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747244782>

Druck Freier  Zugang



Cobabus, M.,
in C. Cregel,
uxor. A. Varenius.

R.(1672.)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747244782/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747244782/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747244782/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747244782/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747244782/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747244782/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
MICHAEL COBABUS,
S.S. Theol. D. & Prof.

Ad Exequias

Nobilissima & Honestissima Matronæ
quas

CHARITATI
REGELIAE,

Axori desideratissimæ

Viduus mœstissimus

Pl. Reverendus & Amplissimus

DN. AVGUSTVS VARENIUS,

Th. Doct. & Prof. hujus Academiæ cele-
berrimus, atque Consistorii Ducalis Assessor, ac

Director grayissimus.

Hodiè horâ primâ paratas cupit,

Omnes Academiæ Cives, & Literarum Fautores
officiosè, & humaniter invitati.

ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.



Ervatoris , & Redempto nostri
vox est: *vigilate semper orantes, ut digni
babeamini, qui effugiat is illa omnia, qua
futura sunt, & consistatis coram filio hominis.*
*Quæ divina, & seria exhortatio die Do
minica, quæ nostræ piissimæ CHARIS
TATIS beatum, & placidum obitum
proximè præcessit, nobis publicè est pro
posita, ut, omni carnis securitate abje
cta, spiritualiter vigilemus, ne svavitate quadam vitiorum
mundique delitiis capti, & in soporem securitatis collocati,
incauti opprimamur, & in æternæ salutis discrimen veniamus.*
*Quemadmodum enim miles in excubiis constitutus, oculis
minimè somno lentis circumspicit, & in omnes partes inten
tus est, ne obrepente somno, incautus ab hoste opprimatur;
ita fidelis anima veram, & sinceram pietatem colens perpetua
solicitudine cavet, ne dulcedine peccati decepta in manus
hostis infernalis veniat, neque æterno exitio involvatur. Hæc
enim Servatoris nostri bona est voluntas, ut perpetuo pietatis
studio addicti sobriam, & temperantem vitam agamus, ac
mundi vanitate, & inani gloriacione repudiata, unusquisque
se abneget, cunctisq; vita diebus ad bonam conscientiam ac
quirendam, & retinendam rectè utatur. In nostra vero po
testate, & arbitrio, cum nonsit positum, ut eo modo vigile
mus, Servator nos non tantum ad vigilandum adhortatur, sed
etiam vult, ut nostra infirmitate agnita, divinum auxilium in
desinenter imploremus, ut in certamine, quo nobis perpetuò
pugnan*

pugnandum est in hujus vite curriculo adversus Christi hostis, miserrimè succumbamus, sed victoriam tandem cum magno gaudio reportemus. Felicem ergo quis non judicet nostram pie, & placide defunctam? quæ in perpetua pietate, & solicitudine eum vera fide, spe & charitate conjuncta vigilanter vixit, semperque oravit, ut, ærumnis & calamitatibus hujus mundi superatis, futura mala effugeret, & lætissimo vultu staret coram filio hominis. Eanata est anno M. DC. XXIV. ex primariis, honestis, & piis Parentibus circa festum gloriose resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, in Ducatus Luneburgici antiqua civitate Ultensi. Pater ei fuit Vir Pl. Reverendus, & Clarissimus DN. M. HEINO Regel/ Ecclesie Civitatis paulo ante nominatae Præpositus fidelissimus, & circuli Luneburgensis Superintendentens optimè meritus. Mater MARGARETA ex vetusta, & in Ducatu antea bis nominato bene notâ familiâ der Wilhelmen/ matrona pietate, aliisq; virtutibus suæ familiae convenientibus ornatissima. Avus paternus, Vir Prudentissimus DN. JOHANNES Regel/ Consul Civitatis Walsrodæ bene meritus. Avia Paterna, matrona nobilissima & virtutibus florentissima ex antiqua & nobili familia der von Tiefenbroeck. Avus maternus Vir Integerrimus, & Prudentissimus DN. HENRICUS WILHELM, Civitatis Ultensis Senator, & Camerarius gravissimus. Avia materna CATHARINA nata ex nobili familia der von Adeßwein / sexus & conditionis soeminenz singulare ornamentum. Quibus ex majoribus, Parentibus, & familiis florentibus haec nostra beatè defuncta suarum virtutum semina accepit, ac propriis virtutibus auxit, ornavit, & propagavit, sicut progressus, & eventus evidenter docent. Coeteros igitur maiores hoc loco recensere, & illorum prolixam commemorationem texere nihil attinet; cum satis superque habeat unde commendetur. Postquam enim in hanc lucem edita est, Parentum præcipua cura fuit, ut non tantum per Sacramentum baptismi Ecclesie

A z

Christi

Christi infereretur, & ad vitam æternam renasceretur; sed etiam
ita educaretur, ut, crescente ætate, paulatim vitâ & moribus
doceret, se Christum induisse, Deo servire, & in vita novitate
ambulare. Quæ enim virtutes, pii Parentes didicerant Chri-
stianæ virginis convenire, in illis ita est instructa, ut nihil in se
desiderari possit sint. Quæ Parentum diligens cura Dei benedi-
ctione bene & feliciter cessit, cum propter virtutum elegantiam,
& morum probitatem præter Parentes alios quoque in
sui amorem facile prætraxerit. Anno M. DC. XL. Vir Reve-
rendus atque Clarissimus DN. JOHANNES Heckenberg/
fidelis Ecclesiæ Ultensis Pastor eam in matrimonium petiit,
& promotione fratri Viri Amplissimi DN. D. Heckenbergs
Urbis Bremensis Syndici gravissimi, à Parentibus eodem anno
impertravit, ut eam legitimis nuptiis sibi copulatam domum ri-
tè, castèque duceret. Quod Conjugium quidem fuit tran-
quillum, & pacis, fidei, ac amoris Conjugalis plenum, ve-
rūm prolis expers, & minus diuturnum, si quidem secundo à
tempore nuptiarum anno illud fatali necessitate dissolutum
est. Quæ immatura mors, & Conjugii dissolutio ingentem
dolorēm mœstissimæ Viduæ, ejusquæ Parentibus peperit. Gra-
ve quidem hoc vulnus fuit; sed accidente providentia divina,
quæ alium sponsum, & maritum ei destinaverit, medicabile.
Dum enim in Iuctu, & lecto Viduo usque ad annum M. D C.
XLV. vitam suam egisset, Parentes ei autores fuerunt repe-
tendæ vitæ Conjugalis, felici occasione accepta à mœstissimo
Viduo, eo tempore Philosophiæ Magistro eximio, & clarissi-
mo, & ad Professionem Hebrææ Linguæ legitimè electo & vo-
cato. Huic singulari Dei providentiâ, (sicut patet ex omni-
bus circumstantiis, quæ hoc loco enumerari nequeunt,) &
Parentum optimâ voluntate secundis nuptiis in matrimonio
felici successu data, & conjuncta est. Quo matrimonio
viginti octo annos complectente cum marito suo charissimo
ita vi-

ita vixit, ut superstiti magnum desiderium sui reliquerit.
Neque ei divina benedictio sibi optimæ defuit, siquidem conjugi peperit quinque liberos, duos nimirum filios,
& tres filias, ex quibus unus HEINO HENRICUS in ipsa infantia secundum ætatis annum vix ingressus ex hac vita discessit in cœlestem civitatem, ubi æterna requies, & vita perennis. Magna hujus infants felicitas, qui tantum fragilitatis, & miseriae humanæ pelagus exiguo temporis intervallo trajecit, & in portum feliciter appulit. ANNA MARGARETA vero, MAGDALENA JUSTINA, CHARITAS, & AUGUSTUS Dei gratiâ, adhuc sunt in vivis, & matris desideratissimæ obtutum, sicut par est, acerbè dolent cum Parente dilectissimo. ANNA MARGARETA ante sexcennium in matrimonium concessis Viro Experimentissimo, & Doctissimo DN.D. PAULO JOACHIMO STOCKMANNO, Medico Celeberrimo, quo matrimonio vidit avia duas neptes: una minor natu MARGARETA ELISABETA, quæ immatura morte, tribus fermentis annis elapsis, vitam cum morte commutavit: altera vero major natu ANNA CHARITAS adhuc Dei gratiâ vivit. Superstites filias, filium unicum & neptem Deus suo sancto Spiritu gubernet, ut in via Domini perpetuò incedant. Reliquam vero vitæ partem si inspiciamus, permulta inveniemus, quæ commendationem haut immerito merentur. Pietatem sine simulatione, & fuso usque ad extremum vitæ halitum, non externo tantum opere, sed & inferiori animi affectu, & fiducia studiosè exercuit. Neque ea unquam in causa fuit, ut apud probos, & rectè judicantes in reprehensionem incurreret: testimoniem viginti annorum ipsa producit, quos in secundo coniugio apud nos ita transegit, ut semper frueretur bona conscientia, quæ virtutem, & innocentiam sequitur, atque bonam existimationem apud alios impetraret. Ut autem aliquanto propius, & quidem in compendio virtutes illius ex-

pendamus, & honorificè repetamus, publicis cœtibus, & con-
ventibus ea, nisi morbo, vel alio obstaculo necessariò impedi-
ta fuerit, frequentissimè intersuit. Sacrâ Synaxi, quoties ipsa
res id postulavit, & fidei confirmationem conscientia exegit,
salutari poenitentia, & devoto pectore usa est. Quàm fidel-
iter amplexa sit maritum: qua sedulitate curas domesticas obi-
verit, & qua pietate liberos in timore Domini, & re familiari
educaverit, non est, ut prolixè referamus, testantur id con-
stans animorum, & placida conjunctio, obsequii prompta assi-
duitas, & rei familiaris cura nunquam intermissa. Neque
tantum amorem, erga maritum, conjugalem, & erga liberos,
maternum, cum summa delectatione exercuit; sed etiam casti-
tatem, temperantiam, modestiam & liberalitatem erga pau-
peres; fidem verò, candorem & constantiam sibi semper habuit
commendatam. Habemus ergò hic exemplum dignum, quod
imitentur mulieres, quæ Deo, marito, liberis, & proximo
suam probare studeant probitatem atque pietatem. Nullum
enim humanitatis officium in se desiderari unquam permisit;
Inferioris conditionis pauperes Viduas, CHARITATIS nomi-
nis sui memor, ad se semper hilarianimo admisit, & non solùm
animum ad auxilium ferendum illis promtum exhibuit, sed
etiam illarum, aliorumqué pauperum indigentiam, & inopi-
am pro facultate sublevare solita est. Ægrotos non solùm
visitare consuevit, sed etiam consilio, & opera iisdem indigen-
tibus, juxta Christi monitum pia sedulitate subvenit. Cum
autem vitæ humanæ hæc sit conditio, ut perpetua serenitate
non gaudeat, ea quoque quæ animo dolorem adferunt, &
oculis lacrymas exprimunt, experiri coacta est. Omnes au-
tem molestias & difficultates hujus vitæ, ærumnis & afflictionis
bus plenæ, Spiritus S. virtute, & verbi divini efficacia, quâ se
fortiter erexit, feliciter superayit. In morbo, qui fuit mortis
causa, se semper patientem præbuit, nec ullum indignationis,

vel

vel impatientiæ signum adstantibus ostendit; sed semper se paratam esse ad obediendum Deo aperte demonstravit. Sicut igitur piè vixit, ita quoque beatè mori semper studuit. Quæ virtutes, quantò in ea fuerunt clariores, tantò majorem luddeni materiam, & occasionem reliquit non tantùm mœstissimo Viduo, & liberis; sed etiam fratri unico, Viro Nobilissimo, & Amplissimo DN. ERNESTO KREGELIO, Codicis, & Juris Feudalis Professori celeberrimo in Academia Altdorf. & Urbis Imperialis Noribergæ Consiliario gravissimo. In lectum nostra in Domino mortua ob corporis ægritudinem conjecta, eique affixa speravit quidem fore, ut progressu temporis morbus remitteret, vel totus, viribus novis & sanis acceptis, expugnaretur. Neque durante morbo medicorum experientissimorum vigilans cura, & industria intermisit, quæ ad naturæ vires restaurandas, & stabiendas, morbi autem diminuendas facerent; sed Dei voluntate res aliter evenit, cum ingravescens malum tandem adeo invaluerit, ut charitati piæ, ac desideratissimæ vivendi finem acceleraverit, sicut nobis refert Vir Experientissimus & Excellentissimus DN. SEBASTIANUS WURDIGIUS Medicinæ Doctor, Professor, Collega ac Amicus noster honoratissimus. Morbus, ipse ait, *in principio parvus non fuit neque solitarius sed complicatus, inflatio scl. una cum perieulo ab dominis tumore, anxietatibus, inquietudinibus, aliisque suis sat rigorosis symptomatis stipata.* Utrumque malum adhibitis convenientibus remedii primò cessit, satisque feliciter depulsum, fuit Postquam morbi bi in catalogum incurabilium hactenus relati, præter expectationem profligati, benè sperare jussimus omnes, cum mox secuturam sanitatem nobis viscerum tonus & robur compromitterent; Sed beu! nodus superatis hisce hostibus, Sole ipsum capricorni principiu[m] ingrediente, successit morbus, qui viribus nondum satis instructam denuò invasit, Diarrhea, quæ aliquot diebus nostram adeò prostravit, ut continuam virium jacturam nec medica- mentis,

mentis, neq; alimenis medicamentosis sufficienter restaurare potuerimus. Viribus itaq; omnibus exhaustis, suo quasi naturali somno correpta, sine omni motu confusa 13. Xbris paulò post horam medianam decimam tandem in Domino placide obdormivit. Coeterum prope randum ad extrema fuerit matronæ optimæ. Ubi dici, scribiq; nequit, quām lubens, promta, & impavida, sata expectarit sua. Quām se studiosè morti p̄pararit. Quām providè sarcinulas collegerit, mox ex hac rerum mortalitate abitura, sumto extremo, eodemquè maximè salutari viatico per manum, & dispensationem Pl. Rev. Dn. Confessionarii, immotum simul ac firmum jugiter in Redemptorem, & Servatorem JEsum Christum è terra direxerit animū, summoperè gavisa, quod peccatrix, licet miserrima, digna tamen habita fuisset, quæ tam cœlestibus epulis adhiberetur. Quo tam sacro peracto officio nulli deinceps, ex quo adhuc spiraret, & viveret, operari visa est rei alii, quam veræ pietatis exercitio. Ubi varia è sacro codice, & maximè solantia recitata; ista verò p̄cipue etiam è cantionum divinarum libellis iterata:

Der Tod soll über mich im sterben

Voch nicht behalten überhand.

Wein Jesu lässt mich nicht verderben

Des hab ich eingewisses Pfand/

Van Himmel / Erd / und alles bricht /

Lass ich doch meinen Jesum nicht.

Mus ich alles gleich verlassea

Was ich hab in dieser Welt /

Wilich doch im Herzen fassen

Meinen Jesum / der gefält

Mir vor andern allen Schäzen /

An dem ich mich kan ergezen

Er ist meine Zuversicht

Meinen Jesum las' ich nicht.

Et

Et quæ sequuntur aurea, ac sanctissima ibi alia. Nec ab isto hoc precandi, ingeminandi quæ more ab ire visa-
stante, quam ipsa eam vita destitueret. In certa-
mine vero animæ, quod proximè victoriam supremam
præcessit, suam pugnandi adversus mortem infirmi-
tatem aperit, miserâ voce clamans: Juvate, auxi-
lium ferte. Quod cum adstantes animadver-
tent, fecerunt omnia, quæ tali in casu apud Chri-
stianos fieri solent ac debent, precando, legendo, &
confirmando, quorum precibns auditis, sese unicè
convertit ad mundi Servatorem, & sonora voce ex-
clamat. Juva me Domine IESU, aliisque eviden-
tibus indicis ostendit, in verâ se aguitione DEI, &
Servatoris nostri IESU CHRISTI, verâ fide, & spe
vitæ æternae hanc mortaleni vitam Spiritus Sancti
auxilio velle finire, & immortalem alteram brevi au-
spicari. Cum itaque jam in ipsis hœsura mors faucibus
videretur, & vix jam amplius lingua officium facere,
vel aures possent, egregiis, solidisqué documentis de-
monstravit, quanta fiducia, quanta spe in pretiosissi-
mo Servatoris merito recumberet, & quam præter
eum ipsum nil sibi charum, jucundumquæ foret. Quæ
fiducia ipse nata est ex tot luculentis verbi divini sen-
tentias, ac testimoniis, quæ in promtu habebat, in-
primis vero ex aureo illo Scripturæ dicto: Sic DEUS
dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret,
ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habe-
at vitam æternam. Inter alia observatu digna impen-
sæ id audita est exoptare, ut neminis mortalium,
sed solius Christi interventu oculi sibi morituræ com-
primerentur. Quæ etiam in re illius pia expleta de-

B

fide-

sideria sunt. Procurrente verò adhuc tenui vitæ spa-
tio, variæ præitæ sunt preces, non auditæ quidem pe-
nitus, sed nec omnino tamen non inrellectæ, id quod
ex luculentis, quibus ad sensum testabatur, signis vi-
dere utique erat, atque colligere. Tandem XIII. hu-
jus Xbris die circa decimam vespertinam placido, le-
niquè soluta obitu, rebus humanis feliciter beatequè
excessit, absolutoq; vitæ suæ cursu, huic mundo vale-
dixit, & in cœlestis vitæ societatem ingressa est, relin-
quens post se, ut plurimum egregiarum sexui suo
virtutū exemplar; sic filio, nepti, filiabus, genero, o-
mnium autem maximè marito svavissimo grande sui,
ac planè peracerbum desiderium. Quamvis enim
multa sint, quæ mœrorem nobis, atq; ægritudinem
adferre queant, omnino tamen statuendum, existi-
mandumq; est, nihil tristius, ac ægrius accidere quic-
quam posse, quam ubi duo summâ animorum con-
cordiâ, ac fide vincit invicem, & longa præterea con-
suetudine, ac rerum communione omnium juncti, san-
ctissimeq; amantes, necessitate ultima divelluntur.
DEUS venerandum & Excellentissimum Dn. Colle-
gam Spiritu suo S., qui Princeps, ac unicus veræ con-
solationis fons, erigit, soleturq; istaq; durissima Vi-
duitatis onera ferre clementer juvet. Quin & si ta-
visum fuerit, sospitare porro, & in usum, ornamen-
tumq; ACADEMÆ, & suorum emolumentum
paternè dignetur. Nullum autem dubium est, quin
beata Matrona diutius, non quidem hujus mundi
amore, atque laboriosæ, & ærumnosæ vitæ deside-
rio, lubens in hac vitâ mansisset; sed ut marito conju-
gali auxilio, & liberis curâ, atq; ope maternâ adesse, &
præ-

ne potuisset. Cum autem ipsa animadverteret, non sine DEI providentia hoc negotium fieri, & vitæ terminum paulatim appropinquare, optimo consilio omnia geri arbitrata est, & se totam, malis præsentibus ac momentaneis unico Christianæ pietatis, fidei, ac patientiæ scuto exceptis, paternæ D E I voluntati usque ad extremam vitæ horam, ac temporis momentum constanti animo, & fiduciali affectu, se subjecit, sumquæ animam divinæ curæ, & custodiæ devoto pectori, & piis votis commendavit. Quamobrem ipsius vicem non dolendam esse censemus, quæ felici permutatione ex morte in vitam translata est, & ab omnibus malis prorsus immunis cum Deo in sanctorum Angelorum, & hominum electorum choro, securum agit ævum. Nos nondum præternavigavimus omnes scopulos, sed multis ærumnis, persecutionibus, & periculis, quæ Deus clementer, avertat, sumus expositi. Nobis bella, & bellorum rumores metum, & terrorrem incutunt. Minas istas beata Matrona non sentit, neque illis turbatur in portu navigans, imò tranquillam in sinu Abrahæ quietem capiens, & optabili sanctorum societate perpetuò fruens. Gratulamur igitur nostræ piè defunctæ CHARITATI, quæ beato discessu ex hâc mortalitate in cœlestem, & æternam migravit patriam. Bene sit animæ in cœlum receptæ: Bene corpori in terra quieturo usque ad gloriosum Servatoris nostri adventum, quem creatura, vel omnes fideles cum Christo patientes, & corruptioni, vel corrupissimis hominibus subjecti non volentes, hac in primis ultimâ mundi senectâ, quâ omnia in pejus ruunt, vehementi desiderio, ut tandem fiat filiorum Dei revelatione.

latio, sollicitè expectat. Vos verò, Cives Al-
mnum ordinum Honoratissimi, in funere tantæ ma-
tronæ ut prolixè compareatis; frequenterq; eidem
catis exequias, studiosè à nobis, serioq; invitamini.
Qua ipsâ prothymiâ, atque benevolentia vestrâ ni-
mi operè vobis universam, clarissimam, nobilissimam
quæ familiam devinciatis; partem dolorum hoc insu-
per etiam pacto in vosmet derivaturi, & quantopere
præsenti casu vos quoq; tangamini, demonstraturi.
Ipsi MOERENTES nullam vicissim bene de vobis me
rendi præterlabi patientur occasionem. Venite ergo,
& quād caducæ, & miseræ res sint mortales, saltem hoc
tam illustri documento addiscite.

P.P. sub sigillo Rectoratus, die 30. Decembr.
Anno 1672.

Hora prima pomeridiana destinata
est huic funeri deducendo, Con-
ventus autem fiet in Æde,
Jacobæ.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747244782/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747244782/phys_0017)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747244782/phys_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747244782/phys_0018)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747244782/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747244782/phys_0019)

DFG



... potuisset. Cum autem ip-
non sine DEI providentia hoc nego-
serminum paulatim appropinquauit
omnia geri arbitrata est, & se tota-
bus ac momentaneis unico Christi
ac patientiae scuto exceptis, pater-
usque ad extremam vitæ horam, ac-
tum constanti animo, & fiduciali affi-
amquè animam divinæ curæ, & cu-
stode, & piis votis commendavit.
us vicem non dolendam esse censer-
mutatione ex morte in vitam translati-
bus malis prorsus immunis cum U
Angelorum, & hominum electoru-
agit ævum. Nos nondum præterna-
scopulos, sed multis ærumnis, perse-
riculis, quæ Deus clementer, avertit.
Nobis bella, & bellorum rumores
rem incutunt. Minas istas beata M
neque illis turbatur in portu naviga-
lam in sinu Abrahæ quietem capiens
rum societate perpetuò fruens. Gra-
stræ piè defunctæ CHARITATI, &
ex hâc mortalitate in cœlestem, & a
patriam. Bene sit animæ in cœlum
corpori in terra quieturo usque ad
toris nostri adventum, quem creatu-
les cum Christo patientes, & corru-
ptissimis hominibus subjecti non ve-
niis ultimâ mundi senectâ, quâ omni-
vehementi desiderio, ut tandem fiat



tereret,
& vitæ
onsilio
xsentia
, fidei,
luntati
omen-
icit, su-
pto pe-
m ipsi-
ici per-
omni-
orum
curum
omnes
, & pe-
positi.
terro-
sentit,
nquil-
ancto-
ur no-
iscessu
gravit
Bene
Serva-
s fide-
corru-
inpri-
uunt,
reve-
latio